

Amata tantum quantum amabitur nulla,  
 Pro qua mihi sunt magna bella pugnata,  
 Consedit istic. Hanc boni beatique  
 Omnes amatis, et quidem, quod indignum est,  
 Omnes pusilli et semitarii moechi;  
 Tu praeter omnes une de capillatis,  
 Cuniculosae Celtiberiae fili,  
 Egnati, opaca quem bonum facit barba  
 Et dens Hibera defricatus urina.

La que yo amé, cual nadie amada fuera,  
 Por quien yo he de librar combates cruentos.  
 Todos allí gozasteis sus favores,  
 Los nobles por la cuna y el dinero,  
 Y lo que es más indigno todavía,  
 Los vulgares amantes callejeros,  
 É Ignacio, sobre todo, que usa largo,  
 Como todo Celtibero, el cabello,  
 Y que en su espesa barba y blancos dientes  
 Sólo hace consistir su único mérito.



## CARMEN XXXVIII

## AD CORNIFICIUM



Malest, Cornifici, tuo Catullo,  
 Malest, me hercule! et laboriose,  
 Et magis magis in dies et horas.  
 Quem tu, quod minimum facillimunque est,  
 Qua solatus es allocutione?  
 Irascor tibi. Sic meos amores?  
 Paulum quid lubet allocutionis,  
 Maestius lacrimis Simonideis.



## ODA XXXVIII

## A CORNIFICIO



Malo está, Cornificio, tu Catulo;  
 En verdad mucho sufre y está enfermo;  
 Su mal crece por días y por horas;  
 ¿Por qué tú, á quien es fácil, á lo menos  
 Consuelo no le das con tus palabras?  
 Yo ardo en ira, ¿qué, acaso, lo merezco?  
 Tristes, cual de Simónides los cantos,  
 Mándame unas palabras de consuelo.



## CARMEN XXXIX

## IN EGNATIUM



Egnatius, quod candidos habet dentes,  
 Renidet usque quaque: sei ad rei ventum est  
 Subsellium, cum orator excitat fletum,  
 Renidet ille: si ad pii rogum fili  
 Lugetur, orba cum flet unicum mater,  
 Renidet ille: quicquid est, ubicunque est,  
 Quodcumque agit, renidet: hunc habet morbum,  
 Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.  
 Quare monendum te est mihi, bone Egnati.  
 Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs,



## ODA XXXIX



## CONTRA IGNACIO



Porque Ignacio los dientes tiene blancos  
 Se ríe eternamente;  
 Si un orador, de un reo en la presencia,  
 Al pueblo hasta las lágrimas conmueve,  
 Él ríe; y si alrededor de ardiente pira  
 Una madre por su hijo llanto vierte,  
 También ríe; y de todo y dondequiera,  
 Hiciere lo que hiciere, ríe siempre.  
 Ni urbana es, ni elegante, á lo que creo,  
 La grave enfermedad que este hombre tiene.  
 Permite, ¡oh buen Ignacio! te lo advierta:  
 Aunque de Roma ciudadano fueres,

Aut parcus Umber aut obesus Etruscus,  
 Aut Lanvinus ater atque dentatus,  
 Aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,  
 Aut qui lubet, qui puriter lavit dentes,  
 Tamen renidere usque quaque te nollem:  
 Nam risu inepto res ineptior nulla est.  
 Nunc Celtiber es: Celtiberia in terra,  
 Quod quisque mixit, hoc sibi solet mane  
 Dentem atque russam defricare gingivam,  
 Ut quo iste vester expolitior dens est,  
 Hoc te amplius bibisse praedicet loti.

CONTRA ICHACIO



De Sabinia ó Tibur ó de la Umbría,  
 Negro Lanuvio, ó gordo Etrusco fueses,  
 Ya Transpadano, ó de un país cualquiera  
 Donde con agua límpianse los dientes,  
 No debieras reir; nada es más necio  
 Que á toda hora reirse neciamente.  
 Mas tú Celtibero eres, y en tu patria  
 Los dientes y la boca todos suelen  
 Con un sucio dentífrico enjuagarse,  
 Y así mientras más blancos lucir vense,  
 Que es mayor del dentífrico, se dice,  
 La cantidad que en las mañanas bebes.

CONTRA ICHACIO





## CARMEN XL

## AD RAVIDUM



Quaenam te mala mens, miselle Ravide,  
 Agit praecipitem in meos iambos?  
 Quis deus tibi non bene advocatus  
 Vecordem parat excitare rixam?  
 An ut pervenias in ora vulgi?  
 Quid vis? qua lubet esse notus optas?  
 Eris, quandoquidem meos amores  
 Cum longa voluisti amare poena.



## ODA XL

## A RAVIDO



¡Oh Ravidó! ¿qué malos pensamientos  
 Te han podido arrojar contra mis yambos?  
 ¿Y qué dios, para ti poco propicio,  
 Á un pleito te incitó tan insensato?  
 ¿Á los labios del vulgo llegar quieres?  
 ¿Quieres á todo precio ser notado?  
 Lo serás; que mereces grande pena  
 Por estar mis amores deseando.



## CARMEN XLI

## IN AMICAN FORMIANI



Ameana puella defututa  
 Tota milia me decem poposcit,  
 Ista turpiculo puella naso,  
 Decoctoris amica Formiani.  
 Propinqui, quibus est puella curae,  
 Amicos medicosque convocate:  
 Non est sana puella, nec rogare  
 Qualis sit solet aes imagosum.



## ODA XLI

## CONTRA LA AMIGA DE FORMIANO



¿Se halla esta prostituta acaso sana?  
 ¿Diez mil sextercios demandarme ansía  
 Esta mujer, con su nariz disforme,  
 Del pródigo de Formio, la querida?  
 Convocad á los médicos y amigos,  
 Parientes, que cuidáis de aquella niña;  
 Sin duda no está sana; en el espejo  
 Nunca vió su nariz reproducida.



## CARMEN XLII

## IN QUANDAM



Adeste, hendecasyllabi, quot estis  
 Omnes undique, quotquot estis omnes.  
 Iocum me putat esse moecha turpis,  
 Et negat mihi vestra reddituram  
 Pugillaria, si pati potestis.  
 Persequamur eam, et reflagitemus.  
 Quae sit, quaeritis. Illa, quam videtis  
 Turpe incedere, mimice ac moleste  
 Ridentem catuli ore Gallicani.  
 Circumsistite eam, et reflagitate,  
 «Moecha putida, redde codicillos,  
 Redde, putida moecha codicillos.»



## ODA XLII

## CONTRA UNA RAMERA



Venid, endecasílabos, al punto;  
 Venid, cuantos seáis, que á todos quiero;  
 Una ramera vil de mí se burla  
 Y se niega á volverme (¿sufrís esto?)  
 Las tablas do mis versos escribiera.  
 Persigámosla todos, reclamemos.  
 La que buscáis es esa de andar torpe  
 Y cuya boca horrible á la de un perro  
 De la Galia, semeja cuando ríe.  
 Id, rodeadla y reclamad de nuevo:  
 «Devuelve tú los versos, prostituta;  
 Prostituta, devuelve tú los versos.»

Non assis facis? O lutum, lupanar,  
 Aut si perditus potest quid esse.  
 Sed non est tamen hoc satis putandum.  
 Quod si non aliud potest, ruborem  
 Ferreo canis exprimamus ore.  
 Conclamate iterum altiore voce  
 «Moecha putida, redde codicillos,  
 Redde, putida moecha codicillos.»  
 Sed nil proficimus, nihil movetur.  
 Mutanda est ratio modusque vobis,  
 Siquid proficere amplius potestis,  
 «Pudica et proba, redde codicillos.»



¿No haces caso? vil meretriz, ramera;  
 Nombre peor te daré si es que lo encuentro.  
 Mas todo esto no basta á avergonzarte.  
 De sacar, si es posible, trataremos  
 El rubor á la frente de esta perra.  
 Clamad con voz más fuerte, al mismo tiempo:  
 «Devuelve tú los versos, prostituta;  
 Prostituta, devuelve tú los versos.»  
 Todo es inútil, que por nada cede.  
 Mas de plan y de método cambiemos:  
 Mayor será el provecho. «Niña pura,  
 Virgen casta, devuelve tú los versos.»







## CARMEN XLIII

## IN AMICAN FORMIANI



Salve, nec minimo puella naso,  
 Nec bello pede nec nigris ocellis,  
 Nec longis digitis nec ore sicco,  
 Nec sane nimis elegante lingua,  
 Decoctoris amica Formiani.  
 Ten provintia narrat esse bellam?  
 Tecum Lesbia nostra comparatur?  
 O saeclum insapiens et infacetum!



## ODA XLIII

## CONTRA LA AMIGA DEL DE FORMIO



¡Salve, amiga del pródigo de Formio!  
 ¡Ah! tú no tienes la nariz pequeña,  
 Ni el pie precioso, ni los ojos negros,  
 Ni dedos largos, ni la boca seca,  
 Ni lenguaje correcto y elegante.  
 ¿Y á ti te llaman en provincia, bella?  
 ¿Á mi Lesbia contigo la comparan?  
 ¡Qué gentes tan insulsas como necias!



## CARMEN XLIV

## AD FUNDUM



O funde noster seu Sabine seu Tiburs,  
 (Nam te ese Tiburtem autumant, quibus non est  
 Cordi Catullum laedere: at quibus cordi est,  
 Quovis Sabinum pignore esse contendunt)  
 Sed seu Sabine sive verius Tiburs,  
 Fui libenter in tua suburbana  
 Villa, malamque pectore expui tussim,  
 Non inmerenti quam mihi meus venter,  
 Dum sumptuosas appeto, dedit, cenas.  
 Nam, Sestianus dum volo esse conviva,  
 Orationem in Antium petitozem  
 Plenam veneni et pestilentiae legi.



## ODA XLIV

## A MI FUNDO



¡Oh mi campo Sabino ó Tiburtino!  
 (Pues mis amigos de Tibur te llaman,  
 Y aquellos que á Catulo dañar quieren  
 Dicen que la Sabinia te reclama);  
 Ora Sabino ó Tiburtino seas,  
 ¡Cuán feliz fui en tu villa suburbana,  
 Al expulsar la tos del pecho mío,  
 Que me diera mi estómago en venganza  
 Porque hube de aceptar suntuosas cenas.  
 Pues por comer con Sextio, él me obligara  
 Á leer su oración contra Ancio escrita,  
 Pestilencial arenga envenenada.

Hic me gravido frigida et frequens tussis  
 Quassavit usque dum in tuum sinum fugi,  
 Et me recuravi otioque et urtica.  
 Quare reffectus maximas tibi grates  
 Ago, meum quod non es ulta peccatum.  
 Nec deprecor iam, si nefaria scripta  
 Sesti recepso, quin gravedinem et tussim  
 Non mihi, sed ipsi Sestio ferat frigus,  
 Qui tunc vocat me, cum malum librum legi.

Y allí cogí el catarro y tos frecuente  
 Que, hoy que en tu seno me refugio, halla  
 Con el reposo y pósimas de ortiga,  
 El remedio que tanto ambicionaba!  
 Ya que no castigaste mi pecado,  
 Sano ahora, te doy á ti las gracias;  
 Y si escritos de Sextio otra vez leo,  
 Que el catarro y la tos el frío traiga,  
 Y él los atrape, que á comer me invita  
 Para que lea sus arengas malas.



## CARMEN XLV

## DE ACME ET SEPTIMIO



Acmen Septimios suos amores  
 Tenens in gremio «mea» inquit «Acme,  
 Ni te perdit amo atque amare porro  
 Omnes sum assidue paratus annos  
 Quantum qui pote plurimum perire,  
 Solus in Libia Indiaque tosta  
 Caesio veniam obuius leoni.»  
 Hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante,  
 Dextram sternuit approbationem.  
 At Acme leviter caput reflectens,  
 Et dulcis pueri ebrios ocellos  
 Illo purpureo ore saviata,



## ODA XLV

## ACMÉ Y SEPTIMIO



Teniendo á Acmé, su amor, entre los brazos,  
 Septimio dijo así: «dulce Acmé mía,  
 Si á ti no te amo yo rendidamente,  
 Si á ti no te he de amar toda la vida,  
 Cual pudiéralo hacer quien más te amara,  
 Que en la India abrasadora ó en la Libia  
 Me mire, solo, expuesto á los leones  
 De glaucos ojos, que pavor inspiran.»  
 El Amor que contrario se mostrara  
 De Acmé y Septimio á la pasión un día,  
 Estornudó al oír esa promesa,  
 Presagio dando de futura dicha.  
 Acmé, inclinando entonces la cabeza,  
 Al besar con su boca purpurina  
 Los ebrios, dulces ojos de su amante,

«Sic,» inquit «mea vita Septimille,  
 Huic uni domino usque serviamus,  
 Ut multo mihi maior acriorque  
 Ignis mollibus ardet in medullis.»  
 Hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante,  
 Dextram sternuit approbationem.  
 Nunc ab auspicio bono profecti  
 Mutuis animis amant amantur.  
 Unam Septimius misellus Acmen  
 Mavult quam Syrias Britanniasque:  
 Uno in Septimio fidelis Acme  
 Facit delicias libidinisque.  
 Quis ullos homines beatiores  
 Vidit, quis Venerem auspiciorem?

«¡Oh Septimio! le dijo, vida mía,  
 Si es la llama que corre por mis venas  
 Más que la tuya abrasadora y viva,  
 Mi dueño tú serás y á ti tan solo  
 Habré yo de servir toda la vida.»  
 El Amor que contrario se mostrara  
 De Acme y Septimio á la pasión un día,  
 Estornudó al oír esa promesa,  
 Presagio dando de futura dicha.  
 Bajo aquel buen augurio, los dos viven  
 Con mutuo amor amándose á porfía;  
 Septimio á Acme sólo ama y la prefiere  
 Al oro de Bretaña ó de la Siria,  
 Y de la fiel Acme, sólo Septimio  
 Forma ahora el encanto y las delicias.  
 ¿Hay seres más felices en la tierra?  
 ¿Fué Venus para algunos más propicia?



## CARMEN XLVI

## AD SE IPSUM DE ADVENTU VERIS



Iam ver egelidos refert tepores,  
 Iam caeli furor aequinoctialis  
 Iocundis Zephyri silesceat aureis.  
 Linquntur Phrygii, Catulle, campi  
 Nicaeaeque ager uber aestuosae:  
 Ad claras Asiae volumus urbes.  
 Iam mens praetrepidans avet vagari,  
 Iam laeti studio pedes vigescunt.  
 O dulces comitum valet coetus,  
 Longe quos simul a domo profectos  
 Diversae variae viae reportant.



## ODA XLVI

## A LA LLEGADA DE LA PRIMAVERA



El soplo alegre del Favonio calma  
 Del cielo equinoccial las tempestades,  
 Y la dulce y hermosa Primavera  
 Tibio calor con su hálito nos trae.  
 Catulo, este es el tiempo en que tú debes  
 De las Frigias llanuras alejarte  
 Y del campo fecundo de Nicea,  
 Para volar del Asia á las ciudades.  
 Ya el alma de vagar la dicha ansía;  
 Los pies vigor ya cobran para el viaje.  
 ¡Adiós, amigos! que dispersos tornen  
 Los que juntos dejaran sus hogares.